Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



laudabilis nimis . Feria . psalmus dō

47 Magnus dominus et laudabilis nimis:
in ciuitate dei nostri in monte sancto eius
Fundatur exultatione universe terre: mons
sion latera aquilonis ciuitas regis magni
Deus in domibus eius cognoscitur: cum su
scipiet eam Quoniam ecce reges congregati
sunt: conuenerunt in unum Ipsi uidentes sic admi
rati sunt: conturbati sunt commoti sunt: tre
mor apprehendit eos Ibi dolores ut parturientis: in spiritu uehementi conteres na
ues tharsis Sicut audiuimus sic uidimus
in ciuitate dei uirtutum: in ciuitate dei no
stri: deus fundauit eam in eternum Suscepi
mus deus misericordiam tuam: in medio tem
pli tui Secundum nomen tuum deus sic et laus
tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua